

- | N ^o | Dies | |
|----------------|------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 139. | 13. | 1416 obiit providus et discretus vir Burkardus de Schowenstain armiger. |
| 140. | 14. | Otto Comes occisus est. Albertus occisus est. Cod. 5. |
| 141. | 15. | 1384 obierunt Swigherus et Symon Rof fratres de Marmorea. |
| 142. | 16. | 1411 obiit providus et circumspetus vir Jodocus Mayger de Altstetten armiger, ad ejus anniversarium deputatae sunt 16 librae mez. 8 pro pane pauperibus ad largam et 8 ad anniversarium cum 6. Missis. Requiescit in Eccl. Cur. sub lapide ante altare Omnium Sanctorum. Cod. 3. |
| 143. | 17. | 1323 obiit hon. vir Dnus Hainricus Comes de Werdenberg Canonicus Eccl. Cur. qui legavit Capitulo praebendam suam anni gratiae quam habuit in Ecclesia praedicta tam in grossa quam in cottidiana pro anniversario suo peragendo, cum qua praebenda empti sunt redditus 8 libr. mez. super domo empta a dicto Burdenantz in superiori foro, et super domo Dñe Berchte de Scornagatte . . . Requiescit in Constantia. Cod. 3. |
| 144. | 18. | Sifridus de Juvalta Canon. obiit 1258. |
| 145. | 21. | 1429 obiit strenuus vir Ludovicus de Hornstain armiger. |
| 146. | 24. | 1411 obiit hon. Dnus Hartmannus Krôs Custos et Canon. Eccl. Cur. |
| 147. | 26. | Wechel de Lanze obiit. Cod. 5. |

N^o Dies

November.

- | | | |
|------|-----|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 148. | 2. | 1299 Andreas de Marmorea miles obiit. |
| 149. | 3. | Ulricus de Strasberg miles obiit (sec. XIV). |
| 150. | 3. | (secul. XIV) Berchtoldus de Eschenbach nob. Canon. Eccl. Cur. Requiescit in Curwalt. |
| 151. | 4. | 1284 obiit nobilis vir Waltherus de Waz z. Cod. 4, 5. |
| 152. | 19. | 1448 obiit vir hon. Dnus Fridericus Lynschlacher presbyter Dioecesis Babenberg. Can. exspectans Curiensis, vicarius Eccles. Parochialis in Hallis Brixin. Dioec. etc. Requiescit in Hallis in tumba sacerdotum. |
| 153. | 11. | Jacobus sacerdos de Satains et Rudolphus frater suus persolvunt annuatim 10 caseos mercedis de duobus agris qui sunt v. mozales et uno solamine g), qui agri jacent in desimada in Pludins, et de duobus frustis prati qui jacent in desimada in Purs, et de uno prato de maysaran quod jacet in Muntauun. Cod. 1, 2. |
| 154. | 12. | Hermannus de Pugo obiit. Duas oves, unum porcum, mensuram frumenti, mensuram vini. Magister Ulricus de Monteforti persolvit. Cod. 1. 2. 5. |
| 155. | 12. | 1413 obiit Margretta Kramerin de Torrenburren famula hon. (orabilis) Dni Burkardi Aldrian Canon. Eccl. Cur., quae dedit ad anniversarium suum 10 Marcas etc. |
| 156. | 14. | 1272 obiit Henricus de Monteforti Episc. Curiensis. Cod. 1. m. seriori (cf. Nr. 109). |
| 157. | 17. | Cuonradus de Veltkilch Can. et Custos obiit, qui praedium in Lundias S. M. ad S. F d. ¹⁾ 1 libr. den. duo servitia plena de Maladirs. Galletta de praedio Valsene. Cod. 2, 1. |
| 158. | 17. | anno dñi 1490 obiit spectabilis Dnus Rudolphus de Montfort junior, qui antea ordinavit, ut annuatim dum viveret, pro se ante altare S. Crucis dicatur vespere Antiphona Salve Regina cum in omni tribulatione et Collecta Protege Dne famulum tuum subsidiis pacis et mane solemniss Missa de B. M. V. peragatur, qua finita Antiphona Alma Redemptoris cum v. et Col. praescriptis, eo vero defuncto anniversarius ejus dies more fidelium defunctorum hac die celebretur. In exequiis supradictis praefatus Dnus Comes de suis possessionibus in privilegio desuper confecto contentis per ministrum ordinavit 20 libras mez. pro 10 Missis. Requiescit in Veltkirch Cod. 3 et 4. |

¹⁾ Id est: Sanctae Mariae ad Servitium Fratrum dedit cf. pag. 202, not. 3.